

DE SCIENTIIS MEDICIS

THESES,

QUAS

BAHIENSI MEDICINÆ FACULTATI

OBTULIT,

ET AD DOCTORIS GRADUM CONSEQUENDUM PALAM PROPUGNARE  
CONABITUR.

D. VIII ID. DECEMBRIS ANNO MDCCCL.

Emygdius Josephus Barbosa  
BAHIENSIS.

Das ist nicht neues.

F. DESPORTES.



SOTEROPOLI BAHIENSI,  
EX TYPIS LIBERALIBUS—SECULI,  
IN S. MICHAELIS CLIYO, 58 G.

MDCCCL.

# BAHIENSIS MEDICINAE FACULTAS.

## DOMINI DOCTORES

J. F. ab Almeida . . . . . Rector.

## Professores Proprietarii.

### PRIMO ANNO.

Em. M. Rebouças . . . . . Botanices Medicae et Zoologiae elementorum.

V. F. a Magalhães . . . . . Physices Medicae.

### SEGUNDO ANNO.

E. F. França. . . . . Chymices Medicae et Mineralogiae elementorum.

J. Abbott, *Rectoris vicarius, Praeses.* Generalis et specialis Anatomices.

### TERT. ANNO.

J. e S. Gomes . . . . . Physiologiae.

J. Abbott. . . . . Generalis et specialis Anatomices.

### QUART. ANNO.

J. a S. Velho . . . . . Pharmaceutices, Materia Medicae, specialiter Brasiliensis, Therapeutices et artis formulas componendi.

J. V. a F. A. et Ataliba . . . . . Pathologiae internae.

Em. L. A. Dantas . . . . . Pathologiae externae.

### QUINT. ANNO.

J. H. ab Alencastre . . . . . Medicinae Chirurgicae, Anatomices Topograph. et Apparatum.

F. M. Gesteira, *Impugnator* . . . . . Partium, morborum mulierum praegnantium effatarumque et recens natorum.

### SEXT. ANNO.

J. F. ab Almeida . . . . . Medicinae Forensis.

J. B. ab Angelis. . . . . Hygienis et Historiae Medicinae.

A. P. Cabral, *Impugnator* . . . . . Clinices internae et Anat. Patholog. ad illam pertinéntis, 5.º sextoque annis adjunctarum.

J. A. ab A. Chaves . . . . . Clinices externae et Anat. Patholog. ad illam pertinenlis, 2.º 3.º 4.º 5.º sexto que annis adjunctarum.

## Professores Vicarii.

S. F. Souto . . . . . Sectionis Scientiarum accessoriórum.  
M. A. a Sanctis, *Impugnator*. . . . . »

A. J. a Queiroz . . . . . Sectionis Medicæ.

A. J. Osorio . . . . . »

M. M. Sampaio . . . . . Sectionis Chirurgicæ.

E. J. Pedroza . . . . . »

P. J. a S. B. Cotigipe. . . . . Minister a Scholæ secretis.

## A' MINHA MUITO QUERIDA MÃE.

Tu és, minha Mãe, um d'esses entes enviados à terra só para dar uma idéa da Divindade.

## A' minha boa Tia D. Thomasia.

## A' MINHA AVO'.

AO MEU AMIGO O SR. CLEMENTE FERREIRA LOPES.

## AOS MEUS PRIMOS

JOÃO ALVES MATHEUS, FILHO E SUA ESTIMAVEL SENHORA.

O orfão à quem vós, desde o seu entrar na existencia, estendestes as mãos, sublimado hoje ao grão de Medico, vol-o agradece. A educação que lhe destes, radicou-lhe n'alma a gratidão: um dia, talvez, raiará feliz em que elle vos mostrará que seu coração pelo vosso moldado, é somente capaz de acções nobres.

## A' MEUS QUERIDOS IRMÃOS, PRINCIPALMENTE

A' minha irmã Maria Faustina.

A' ELISIARIO E A' ANACLETO.

A' Joaquim.

## A' EUGENE BOVIO.

. . . . le coeur est si riche, et la langue est si pauvre.

(*J. Sandeau.*)

## AOS MEUS AMIGOS

Os Srs.—JOVINO CESAR DA SILVA.

LUIZ DE FARIA.

MANOEL GONÇALVES DA CUNHA.

MANOEL JOSÉ DA COSTA.

Como tributo de amisade offerece

*O Emygdio.*

VIRO HUMANISSO SUMMEQUE VENERANDO  
ANTONIO POLYCARPO CABRAL,  
DOCTORI MEDECINÆ.

NEC NON  
VIRO CLARISSIMO MERITISSIMOQUE  
JONATHAS ABBOTT,  
DOCTORI MEDECINÆ.

Summae observantiae pignus offert  
*Barbosa.*

PRAECEPTORIBUS DILECTISSIMIS EXPERIENTISSIMISQUE

JOANNI BAPTISTÆ AB ANGELES  
JUSTIANNO A SILVA GOMES  
MALACHIÆ ALVARESIO A SANCTIS  
ANTONIO JOSEPHO OSORIO  
AL. JOSEPHO A QUEIROZ

Hancce thesim pii gratique animi testimonium esse voluit.

*Barbosa.*

DOCTORI PRUDENTIO A SOUSA BRITTO COTTEGIPPE.

Exiguum grati animi documentum offert

*Barbosa.*

COLLEGIS DILECTISSIMIS

DOCTORIBUS MEDECINÆ ERNESTO A SANCTIS MALHADO.  
“ SEVERIANO ROCHA PITTA.  
“ JOACHIMO ANTONIO BOTELHO.  
“ HENRICO ALVARESIO A SANCTIS.  
“ ANTONIO A SANCTIS HYACINTHO.  
“ ISALÆ CALDAS.  
“ CANDIDO ADELINO A COSTA.

Offert

*Barbosa.*

# PROPOSITIONES

DE

## MEDECINA CHIRURGICA.

---

1.—Chilissochissorraphia et introretroversio duea sunt nominatae operandi methodi a *Signoroni* inventae, quibus radicalis herniarum inguinalium sanatio efficiatur.

2.—Chilissochissorraphiae seu suturae cruentae circumvolutae in forma  $\infty$  principium in eo est positum, ut canalem inguinalem inter et partem scroti in eum invaginati organica efficiatur conjunctio, quâ et canalis ipse et saccus berniosus claudatur.

3.—Quum a *Wutzer*, paullo post a *Sotteau* et ab *Harles* instrumenta essent inventa, quibus commodori ac faciliori ratione cùm inflammationem inter reflexi scroti et superiorem canalis inguinalis partem, tûm scroti in canali retentionem, tûm simul harum partium compressionem possimus assequi; *Signoroni* methodum, qua, quamquam ab illa, quam priùs laudaverat, uno tant m momento differat, tamen certius ad finem exoptatum adducamur.

4.—In hac methodo incisio est facienda, quâ cute telisque subiacentibus persectis, anteriorem parietem partis canalis inguinalis discernere possimus. Tum vero aut solummodo scarificemus tendinem musculi obliqui externi, imprimis ad annuli posterioris regionem versus, aut etiam, persecto musculo externo, incidamus pluribus in locis annulum posteriorem ipsum; quo facto prima satura huic quam proximè applicetur, ceterae verò, inter se lineas 4—5 remotae.

5.—Similem modo expositi operandi rationem sequutus est *Petrati*; omissa enim in canalem inguinalem scroti invaginatione, sic

egit, ut repositis intestinis, 1) per cutem ad annulum inguinalem posteriorem incideret, 2) eum scarificaret, et 3) sutura circum voluta vulnus clauderet.

6.--Jam quamvis ad annum 1839 complures aegroti a Signoroni chilissochissorrhaphiae ope herniis inguinalibus essent liberati, tamen ea non ubique sufficere ab ipso putabatur, in primis vero in iis herniis, quae haberent annulum inguinalem posteriorem valde dilatatum, musculos abdominales eorumque tendines attenuatos; quae essent inveteratae, in quibus canalis inguinalis formam suam propriam amiserit, magisque annuli speciem adeptus fuerit eo, quod posterior annulus inguinalis anteriori proxime sit admotus: Signori igitur anno 1839 novam in lucem protulit operandi methodum.

7.--In ista operandi ratione quinque a Signoroni discernuntur actiones, quarum quidem prima partium prolapsarum repositionem continet. In altera id agitur, ut seroti pars per canalem inguinalem ad annulum cruralem ducatur. Ex hacce actione, ut permagni momenti, tota operandi methodus nuncupata est introversionis nomine. Tertiae actioni sutura obvenit. Quarta cruentationis actio est. In quinta, medicationis, periodo id agitur, ut vulnus eo curemus modo, qui postulater, ubi reunionem secundam assequi studeamus.

8.--Jam quaenam causae, cur eventus operationis factae exoptatus saepe non praebat? Potissima videtur esse, quod scrotum invaginatum vi non exigua locum suum naturale recuperare tentans, cohesiones organicas, magnam firmitatem et soliditatem nondum adeptas, dirumpat--Tum quod nonnumquam internae scrotri planities, cuticula obductae, suppurationis vel granulationis processu justo celerius sese conjungant, ita ut scrotum jam non infundibuli, sed magis restis formam praebat. Aut quod canalis inguinalis ejusque apertura posterior, ut in herniis inveteratis observatur, nimis dilatata sit, quo fit, ut scrotum invaginatum ex parte tantummodo partes eas expletat, saccum vero herniosum non satis comprimens, intestina vel omentum in ipsum redire patiatur.

9.--Ipsam operationem exsequentes non magnis offendimur difficultatibus, quum organi majoris momenti laesio, velut funiculi spermatici, vasis alicujus arteriosi, peritonaei, etc., tantummodo imprudentia ac temeritate chirurgi evenire potest--

10.--Altera chilissochissorrhaphiae species primae preferenda est--

11.--Introretroversionem ceteris methodis prestare puto:

12.--Sed sunt momenta, quibus, quae praebet introretroversio commoda paullo minoris aestimanda videantur--

13.--Febris hectica resectionem non solum non dissuadet , immo vero saepe gravissimam resecandi dat indicationem.

#### DE PATHOLOGIA , ET CLINICA.

14.--Eadem natura tuberculosis et scrophulosis.

15.--Illud doctoris Sigaud---J'ose avancer qu'en Amérique la phthisie c'est la syphilis--falsum.

16.--Puris metastases nego.

17.--Tuberculosis sanari non potest , nisi vitiosam sanguificationem in qua sola morbus consistit normalem reddere contigerit.

18 --Tuberculosis est insanabilis.

(*Doct. Cabral et Andral*).

19.--Sine Stethoscopio nulla certa morborum pectoris diagnosis.

20.--Splenitis nunquam observata.

21.--Omnes isti morbi (*cutis*) affines inter se , et ex eadem oriundi prosapiâ, plus gradu et nomine differunt quam natura.

(*Lorry.*)

22.--Ulcus syphiliticum sola ex forma diagnosci potest.

23.--In morbis, quorum natura non satis patet, sanandis, medico experimenta facere non licet.

#### DE HYGIENE.

24.--Sententia Baudrimonti---L'avenir de notre atmosphère est une chose difficile à prévoir--vera.

25.--Sola medecina homines perfectiores efficere potest.

26.--Propositio Doctoris Herediae--A prostituição é um mal necessário à sociedade--falsa et arguenda.

27.--Puerorum atque adolescentum educatio non solum philologis , sed etiam medicis lege committenda.

28.--*Solitary confinement* nunquam a medico proponendum.

29.--Libelli populares, qui dicuntur, magis nocent quam prosunt.

#### DE ANATOME.

30.--Dentes corpora organisata.

31.--Sine anatomia pathologica medicina nulla.

DE PHYSIOLOGIA.

32.—Mulier id quod est non propter solum uterum.

DE MATERIA MEDICA.

33.—Quò plura in morbum laudantur remedia, eo incertior therapia.

34.—Polypharmacia ignorantiae filia.

35.—Qui feliciter sanat, non semper bene sanat.

DE ARTE OBSTRETICIA.

36.—Digitus optimum pelvimeter.

DE MEDICINA FORENSI.

37.—Medicina forensis sciencia negativa.

38.—Superfectatio non existit.

DE SCIENTIIS ACCESSORIIS.

39.—Nulla in corpore vivo actio mere chemica.

40.—Plantae quae ad unum genus naturale pertinent, saepissime etiam in viribus medicis convenient.

41.—Causa saltus muscularum celeritas contractionis magis quam intensio.

---

42.—Linguarum studium maximè ad in Medicinam progressum necessarium. Doctris Aloysii A. à Sanctis.

---

# HIPPOCRATIS APHORISMI.

---

1.<sup>o</sup>

Vulneri convulsio superveniens, lethale.

*Aph. 2. Sect 5.*

2.<sup>o</sup>

Frigida velut nix, glacies, pectori inimica, tusses movent, sanguinis eruptiones ac catharros inducunt.

*Aph. 2. Sect. 5.*

3.<sup>o</sup>

Qui sanguinem spumosum expuunt, his, ex pulmone talis rejetio fit.

*Aph. 43. Sect. 5.*

4.<sup>o</sup>

Ubi somnum delirium sedat, bonum.

*Aph. 2. Sect. 2.*

5.<sup>o</sup>

Spontaneae lassitudines morbos denuntiant.

*Aph. 5. Sect. 2.*

6.<sup>o</sup>

Quum morbus in vigore fuerit, tum vel tenuissimo victu, uti necesse est.

*Aph. 8. Sect. 4.*

---

Remettida ao Sr. Dr. Jonattas Abbott. Bahia 29 de novembro de 1850.--*Almeida.*

Está conforme os Estatutos. Bahia 30 de novembro de 1850.--*Abbott.*

Imprima-se. Bahia 30 de novembro de 1850.--*Almeida.*